



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXCIII. De Morte LXXXII. Lethowinorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Sigfridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Henricus à Placzke XVII. & ult. Mag. Prov. in Prussia.*

Eodem anno in autumno reædificato jam præurbio prædicto cum omnia blada & segetes reconditæ essent in eo, idem Commendator cum suis fratribus & equitibus venit & dictum præurbium iterum concremavit, captis & occisis omnibus qui ibidem sunt recepti.

C A P . C C X C I I I .

De

Morte LXXXII. Lethowinorum.

Consuetudo ista apud Lethovinos in custodia Castrorum, quæ sunt in terminis constituta, quasi communiter observatur. Rex eorum ordinat aliquos armigeros ad custodiam alicujus Castri, ad terminum unius mensis vel amplius, quo completo recedunt, & alii superveniunt ad custodiam supra dictam. Ilude factum est, quod LXXXV. viri Lethovini completâ hebdomatâ vicis suæ, dum de custodia Castri Bisenc deberent recessere, frater Fridericus de Liebencele Vice-Commendator de Raganita, frater Albertus de (a) Ora, & frater Th. de Aldenburg cum XIX. fratribus & LX. viris ipsos in campo Calsheim viriliter sunt aggressi, & omnes interfecerunt, præter tres, qui tantum graviter vulnerati evaserunt.

A N I M A D V E R S I O .

(a) Ozalegit Stryikovvsky.

C A P . C C X C I V .

De

D e s t r u c t i o n e C a s t r i P u t e n i k e .

Posthac aliquot annis intermediis, quidam Lethovinus datus Spudo, potens in Castro Putenika, Zelator fidei & fiduum, demandavit fratri Voltz Commendatori prædicto, ut cum

exer-